Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

in discreto cursus sui processu infixerat. et nullam penitus dimensionem ha-
bens horarum. ut potest quia lumine primario adhuc generaliter omnia
replente nullumque caput habente quod nec de sole accepit. nusquam ra-
dii ardentiores illuxerant. nulla sub caute vel arbore quasi re-
motior umbra frigebat. Sed excepta adnotatione temporis sunt lu-
minaria insignia huius vitae usibus necessaria, quae vel nautae in gubernan-
do vel in desertis ethiopie harenosis quoque viantes observant, ubi levissi-
mo venti impulsu cuncta mox quae inventa fuerint viantium vestigia
complanantur. ideoque necnon illis in regionibus viantes quam qui in mari navi-
gant nocte dieque signis egent siderum. Sunt vero insignia quia nonnumquam
aeris quoque qualitas quae sit ventura hac contemplatione providemus.
Ut luceant in firmamento celi et illuminent terram. Et factum est ita. SEMPER quidem
luminaria in firmamento celi lucent ut diximus et proxima quaeque loca claro
lumine perfundunt. sed temporibus oportunis illuminant terram. Nam
aliquotiens nebulosus obsistit aer. nec vel lune cum parva est vel stellarum
lumen terris appareat. sed et ortus sol lunam stellasque maiore lumine ne
terram inluminent impedit. Unde et nomen latine accepit. quod solus ob
tusis una stellis cum luna per diem terris fulgeat. Fecit deus duo magna
luminaria. Luminaria magna possumus accipere non tam aliqua compara
tione quam suo munere. ut est celum magnum et mare magnum. Nam et magnum
sol qui complet orbem terrarum suo calore vel luna suo lumine. quae in quacumque
parte fuerint celi inluminant omnia et eque spectantur a cunctis. tamen
plus magnitudinis esse evidens quod omnibus hominibus orbis ipse idem
videtur. Nam si longe positus minor videretur et propius existentibus ma
ior refulgeret. proderet exiguitatis indicium. Et posuit eas in fir-
luminare maius ut preesset diei et luminare minus ut preesset nocti et stellas
mamento celi. Luminare maius est sol. non solum forma sui qualiscumque est cor
poris. sed etiam magnitudine luminis. qua et ipsum luminare minus et
stellas inlustrare creditur. maius est et virtute ardoris quae mundum ca
lefacit ex ortu suo. cum prius ante eius creationem diebus nichil omnino
caloris habuisset. Quod autem equalis utrique magnitudinis luna cum